

Stephanus Galdeti

*Utrum per ea que Christus
passus est aut egit in carne
aliquid meruit de condigno*

Editor: Florina Hariga

work in progress
16.07.2026

Manuscripts:

P1 Paris, BnF lat. 16408

P2 Paris, BnF lat. 16409

Project NOTA-ERC

|| **Utrum per ea que Christus passus est aut egit in carne aliquid meruit de condigno**

Prima conclusio que est MAGISTRI *Sententiarum* in 3, distinctione 18, capitulo 1 et est talis: quod Christus non plus meruit sibi pera ea
5 que passus est aut egit in carne quam meruit a primo sue conceptionis instanti.

Probat MAGISTER actoritatibus unde ad propositum adducit GREGORIUM inter alia dicentem: non plus meruit Christus per crucis patibulum quam meruit a conceptione per gratiam virtutum; et infra:
10 profecit Christus quoad meritorum numerum. Plura enim habuit in passione quam a conceptione sed maioris virtutis non extiterunt plura in merendo quam antea extiterant pauciora. Ex his patet conclusio.

Ex hac sequitur primo: quod Christus meruit impassibilitatem ac reliquas dotes corporis quas habuit post resurrectionem a primo
15 sue conceptionis instanti. Patet ex conclusione et ponit hoc expresse MAGISTER eadem distinctione, 2 capitulo dicens: meruit enim a conceptione, suple Christus: gloriam impassibilitatis sed per quid per obedientiam et voluntatem perfectam quam tunc non primo habuit cum pati cepit aut mori, sed suple a primo sue conceptionis instanti. Et hoc
20 de illo corollario.

|| Sequitur secundo: quod huius dotes, scilicet impassibilitatis et etc. habere potuit absque merito passionis. Patet ex predictis, nam hec sufficienter meruit a primo sue conceptionis instanti, et hoc ponit
25 MAGISTER eadem distinctione, capitulo 4, dicens: potuit hec assequi, scilicet Christus sine merito passionis, quia per passionem sibi nichil accrevit quod ante non habuit per virtutes.

P2 169v

Secunda conclusio ad quesitum que est SANCTI THOME in tertia parte questione 19, articulo 3 et DOCTORIS SUBTILIS in 3, distinctione 18, questione 1 et est talis: Christus per nulla que passus est aut egit
30 in carne suam essentialem beatitudinem meruit. Patet per actoritates allegatorum doctorum, unde ad unam rationem vel instantiam que posset fieri ad oppositum videt, quia melius et dignius et nobilius videtur habere aliquid cum merito quam sine merito, et per consequens Christus etc. Respondet SANCTUS THOMAS quod verum est nisi illud
35 sic tale quod eius carentia per tempus magis derogaret dignitati Christi quam per habere illud per meritum eidem decresceret. Et DOCTOR

5 a] sue *add. sed con. P1* 8 Gregorium] inter *add. sed del. P1 ; dub. P1*
33 videtur] habuis *add. sup. lin. sed del. P1* 35 per tempus] *sup. lin. P1 ; ad*
add. sup. lin. sed del. P1

SUBTILIS respondet: si illud sic per meritum haberi possibile, et sic non fuit beatitudo Christi sibi possibilis haberi per meritum eo quod in Christo huiusmodi beatitudinem nullus actus bonus precessit tempore vel natura, ymo in Christo huiusmodi Dei beatifica fruitio fuit principium
 5 atque radix omnium aliarum suarum bonarum volutionum, sicut volutio finis est principium volutionum eorum que sunt ad finem in quolibet iuste vivente ac volente.

Infertur corollarium quod beatitudo essentialis in Christo non fuit principium, sed potius meritum et hoc idem iste DOCTOR
 10 SUBTILIS modicum ante in eadem questione concedit et patet sequi ex precedentibus. Nam ipsa fuit radix omnium meritoriarum volutionum in Christo tanquam actus principalis est primus, igitur ipsa fuit actus meritorius. Patet consequentia, nam propter quod unumquodque illud magis etc.

15 || Infertur secundo, quod sic fieri aut esse in aliis beatis non claudit repugnantiam, puta in Michaelē vel Petro quod eorum beatitudines suis vel esse possuit meritorie pro se ad ulteriorum beatitudinem vel pro
 20 aliis, puta pro nobis ad || gratiam vel gloriam Deo illas acceptante. Patet ex conclusione. Actoritatem ut dicit ille doctor non sic est de stricto, quia huius beati sunt totaliter secundum totum subiectum et secundum omnem positionem inferiorum et superiorum extra statum merendi.

P1 105v

P2 170r

Tertia conclusio responsiva ad quesitum que est cuiusdam doctoris Parisiensis, scilicet Magistri HUGUELINI in parte, et contra quemdam doctoris alterius studii, scilicet Magistrum THOMAM BREDWARDINUM
 25 est talis: Christus per ea que passus est aut egit in carne non solum per modum oblatis pretii, sed per modum operis meritorii illa que meruit, meruit de condigno.

Ymaginariū enim videtur ille doctor, scilicet Magister THOMAS BREDWARDINUS quodammodo, sicut ymaginamur sacramenta valere
 30 ex opere operato quamvis non ex opere operante, sic Christus non ex oblatione seu oblationibus seu bonis eius volutionibus tanquam ex meritis nostram salvationem ac liberationem condigne meruisse, sed ex re oblata, puta se ipso, ut condigno pretio nos redempmissemus et pro nobis sufficiens pretium obtulisse.

35 Contra que probatur non solum rem oblatam a Christo pro nobis, puta quod obtulit se ipsum immaculatum Deo, sed etiam universos eius actus in natura assumpta pro nobis producentes esse condignos et

12 tanquam — primus] *sup. lin. P1*

condigno meritorios, et arguit sic ille doctor in virtute.

Nam quodlibet operari Christi in natura assumptam habuit circumstantiam non solum infinitam aut infinite bonam et dignam, sed infinite bonificantem et dignificantem et infinite augmentem bonitatem et imputabilitatem cuiuslibet eius actus. Nam quodlibet tale operari fuit a persona filii Deus non solum agente huius actum, ymo per illum actum agente et merente per illum unde filius Dei non solum, sicut alie persone divine ac tota trinitas actus nature assumpte egit, ymo per illos egit unde laboravit, oravit, ieiunavit passus est, et sic de singulis. Ex quo actus illi fuerunt merita persone merentis infinite dignitatis, et per consequens infinite merita, et conclusio vera.

|| Sequitur ex tertia conclusione, ut ille doctor pro corollario infert quod, licet persona Christi ex proprio valore operata fuerit secundum naturam assumptam ac per hoc meruerit, hoc tamen fuit ex gratuita Dei eterna preelectione ex qua, scilicet predestinatum fuit, ut humanitas illa verbo Dei personaliter uniretur et secundum illam verbum operaretur, unde AUGUSTINUS in libro *De predestinatione sanctorum* ait: ex gratia Dei est ista humane nature tanta et tam excelsa subventio, ut quo attoleretur altius non haberet. Ad idem est illa AUGUSTINI actoritas famosa quam allegat MAGISTER in rebus ortis per tempus prima gratia fuit, ut homo esset Deus et Deus homo in unitate suppositi.

P1 106r,
P2 170v

Secundo infertur quod nulla est repugnantia inter condignitatem meriti et divinam gratiam, puta inter Christum condigne meruisse. Et tamen ex divina gratia seu ex Dei gratuita eterna preelectione suum meritumque principaliter promeruisse. Patet ex dictis et etiam ex dictis frequenter ab APOSTOLO predicta, scilicet condignitatem meriti Christi et divinam gratiam seu eternam Dei gratuitam preelectionem adinvicem combinantem verbi gratia dicendo: *nos iustificamos gratis per gratiam Dei et tamen in sanguine ipsius sibi Filii eius*.

Hec compossibilitas, scilicet condignitatis meriti Christi et divine gratie patet ex positione partis adverse, scilicet Magistri THOME BREDWARDINI. Nam, sicut ipse concedit compossibilitatem divine gratie et gratuite bonitatis Dei qua gratis voluit eternaliter absque motivo extrinseco omnes homines salvos fieri et a peccato eripi, eripiendos suple etc. Et tamen intervenire pro nobis condignum pretium olbatum pro nobis, scilicet filium Dei in ara crucis et in aliis laboribus et passionibus pro nobis succceptis.

5 operari] *sup. lin. P1*
25 principaliter] *sup. lin. P1*

24 preelectione] seu *add. sed del. P1*

Ita videtur posse ymaginari nos gratis dicta gratia salvandos et tamen intervenire et mediare actus multos bonos Christi || et eiusdem merita condigna. P2 171r

Qualiter autem ista stent possent ymaginari multe vie, sed pro nunc sufficit quod non apareat repugnantia.

|| Aspectum. Affectum. Effectum

P1 107r

Contra secundam conclusionem arguitur sic probando quod Christus ex sua passione aliquid sibi meruit de premio essentiali, quia per meritum passionis Christus vidit in verbo eternali se obedisse preceptum inpletisse. Secundo per fervorem dilectionis fruitionis magis elevatum. Tertio inde nomen Dei sibi pro meruisse adoptione amplioris gratie, igitur assumptum probandum verum et conclusio falsa.

Primum antecedens patet, quia ante non vidit hoc infallibiliter et necessario, sed contingenter et libere, *nam oblatus est* etc.

Secundum patet, quia post passionem absque dolore corporis et tristitia toto mentis conatu *elevata est magnificentia*.

Tertium, quia vidit in verbo se fore filium Dei et *heredem cunctorum constitutum*, APOSTOLUS Hebr.

Consequentia probatur, quia in visione et fruitione deitatis beatitudo essentialis consistit.

Pro hiis dicuntur aliqua. Primo, quia Christus ante passionem, ymo ab initio sue conceptionis eque clare vidit se passivum in verbo, sicut tempore passionis se pati et post passum fuisse.

Secundo quod tanto fervore fruitionis ferebatur in Deum seu in ultimum finem cum erat eius tristis usque ad mortem, sicut post et nunc habens dotem impassibilitatis etc.

Tertio dicitur quod ab initio sue conceptionis et ex unione humanitatis ad filium Dei fuit heres universorum, sed quo modo post resurrectionem dicitur *constitutus heres intendum*, sicut exponit MAGISTER, illud: *dedit illi nomen*, et item illud: *data est michi omnis potestas*.

Unde dicit MAGISTER quod hec dicuntur secundum quemdam tropum in *Scriptura* creberrimum quo dicitur res fieri cum inotescit. Quod enim ante resurrectionem ignotum erat post in evidenti positum est, ita ut sciant homines et demones. Ut flectatur omne genu etc.

5 repugnantia] a veris reliqua *add. in marg. inf. P1 ; scr. sed del. P1*
 6 effectum] per tria *add. in marg. sup. P1* 10 secundo] u *add. sed del. P1*
 fruitionis] *sup. lin. P1* 28 humanitatis] *sup. lin. P1*

APOSTOLUS.

Hoc cum correctione: status mirabilis, tripliciter, ad propositum.

Naturaliter/ supranaturaliter, anima sensitiva/ intellectiva, anima et compositum.

5 Contra: virtus finita circa plura maxime distrahentia visioni divine essentie et fervoris fruitionis beate occupata, minus clare videt per intellectum et minus ferventer fruitur per affectum, tamen quia virtus unita fortior est se dispersa. Respondetur et pluribus intentus etc. Et hoc docet experientia etc.

10 Contra tertium apud iustum iudicem || nichil boni quantumcumque modici remanet impunitum et maxime apud Deum qui semper remunerat ultra condignum in premiis beatorum, igitur passioni et morti debetur premium aliquid quam manifestatio etc.

P2 171v

15 Item Christus fuisset sui causa mortus et huiusmodi meritum fuisset superfluum etc.

Ultima duo solvuntur per illud mereri bis. Ex quo patet, quod non sequitur Christus meruit omnia hec vel illa a sua conceptione, igitur, nichil meruit per passionem et mortem etc.

Item mortus ut dicit MAGISTER ad exemplum obedientie.

20 Ad primum potest responderi ponendo aliqua primo quod status Christi et dispositio modo quo ipsum ponamus ex fide, tam in unione diversitatis etc.

Prima in unione viatorum et comprehensorum etc. miraculosus est. Quod de divisione primi essentialis et actualis etc. Tria mirabilia.

25 Prima pariter potest esse de summa dilectione et tristitia. Et quod non est absoluta de anima sensitiva repugnantia propter diversitatem bonorum.

De anima et composito etc.

2 tripliciter | triplex modus salvandi summam letitiam et tristitiam iuxtaponere*
add. in marg. P1 **4** compositum | contra aspectum et affectum *add. in marg. P1*
8 respondetur | *sup. lin. P1* **17** omnia | *sup. lin. P1* **21** et dispositio | *sup. lin. P1*
23 in | *sup. lin. P1* etc. | *sup. lin. P1* **24** tria | *iter. in marg. P1*
26 de anima sensitiva | *sup. lin. P1*